

I. VERSION LATINE

Une rixe violente

Des habitants d'Ombos et de Tentyra, deux localités égyptiennes qu'oppose un conflit religieux, s'affrontent et en viennent aux mains.

Sed iurgia prima sonare
incipiunt animis ardentibus ; haec tuba rixae,
dein clamore pari concurritur, et uice teli
saeuit nuda manus. Paucae sine uulnere malae,
uix cuiquam aut nulli toto certamine nasus
integer. Aspiceres iam cuncta per agmina uultus
dimidios, alias facies et hiantia ruptis
ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
Ludere se credunt ipsi tamen et puerilis
exercere acies, quod nulla cadauera calcent.
Et sane quo tot rixantis milia turbae,
si uiuunt omnes ? Ergo acrior impetus, et iam
saxa inclinatis per humum quaesita lacertis
incipiunt torquere, domestica seditioni
tela, nec hunc lapidem, qualis et Turnus et Ajax,
uel quo Tydides percussit pondere coxam
Aeneae, sed quem ualeant emittere dextrae
illis dissimiles et nostro tempore natae.
Nam genus hoc uiuo iam decrescebat Homero,
terra malos homines nunc educat atque pusillos ;
ergo deus quicumque aspexit, ridet et odit.
A deuerticulo repetatur fabula. Postquam
subsidiis aucti, pars altera promere ferrum
audet et infestis pugnam instaurare sagittis.
Terga fugae celeri praestant instantibus Ombis¹
qui uicina colunt umbrosae Tentyra palmae.

Juvénal, *Satires*

II. COURT THÈME

Vous me demandez, ma chère enfant, si j'aime toujours bien la vie. Je vous avoue que j'y trouve des chagrins cuisants ; mais je suis encore plus dégoûtée de la mort : je me trouve si malheureuse d'avoir à finir tout ceci par elle, que, si je pouvais retourner en arrière, je ne demanderais pas mieux. Je me trouve dans un engagement qui m'embarrasse.

Madame de Sévigné, *Lettres*

¹ *Ombis* est ici employé au pluriel pour désigner les habitants de la ville d'Ombos.